UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XXI. Quod serui ecclesiae, siue clericorum, non debeant a iudicibus vel ab actoribus in aliqua angaria fatigari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

Visual Library

parochiis habere iubent epiſcopos) * alia, quæ huc vſque præſumpta ſunt, denegentur ; hoc eſt, neque in angariis presbyteros , & diaconos , neque in aliquibus fatigent indictionibus ; ne videantur in eccleſia Dei exactores potius , quam Dei pontifices nominari. Hi vero clerici, tam locales, quam diœceſani , qui ſeſe ab epiſcopo grauari cognouerint, querelas ſuas ad metropolitanum deferre non differant : qui metropolitanus non moretur huiuſmodi * præſumptiones diſtricte coercere.

ANNO CHRISTI 589.

* vt talia quæ illis

* præſũptiones auertere.

XXI.

12. q. 2. Eccleſiarum. Iuo p. 3. c. 138.

Quoniam cognouimus per multas ciuitates eccleſiarum ſeruos , & epiſcoporũ, vel omnium clericorum , a iudicibus vel actoribus publicis diuerſis angariis * fatigari, omne Concilium a pietate domini noſtri popoſcit, vt tales deinceps auſus inhibeat ; ſed ſerui ſupraſcriptorum officiorum, in eorum vſibus, vel eccleſiæ laborent. Si quis vero iudicum, aut actorum , clericum aut ſeruum clerici , vel eccleſiæ in publicis ac priuatis negotiis occupare voluerit, a communione eccleſiaſtica (cui impedimentum facit) efficiatur extraneus.

* fatigari dolemus, propter quod omne Concilium

XXII.

13. q. 2. Qui diuina. vide quæ annotauimus in Concilio Valentino cap. 4. de mortuorum exequiis.

Religioſorum omnium corpora, qui diuina vocatione ab hac vita recedunt, cum pſalmis tantummodo, pſallentium vocibus debere ad ſepulcra * deferri. Nam funebre carmen quod vulgo defunctis cantari ſolet, vel pectoribus ſe proximos aut familias cædere, omnino prohibemus. Sufficiat autem quod in ſpe reſurrectionis, Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Pro-

* deferre ſufficiat.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN